



Universitätsbibliothek Paderborn

**Johannis Trithemii Spanheimensis Primo, Deinde D. Iacobi
Maioris Apvd Heripolin Abbatis, viri suo aeuo doctiss. ...
Partis Opera Historica, Qvotqvot hactenus reperiri
potuerunt, omnia**

Partim E Vetvstis Fvgientibusque editionibus reuocata, & ad fidem
Archetyporum castigata; partim ex manuscriptis nunc primùm edita ;
Qvorvm Catalogvm Aversa pagina exhibet

Iohannis Trithemii Spanheimensis Primo, Deinde D. Iacobi Maioris Apvd
Heripolin Abbatis, viri suo æuo doctissimi Secvndæ Partis Chronica
Insignia Dvo - I. Coenobii Hirsavgiensis, Diœcesis Spirensis: eius
fundationem & progressum ab Anno Christi DCCCXXX. vsque ad Annum
MCCCLXX. II. Coenobii ...

Trithemius, Johannes

Francofurti, 1601

De Gebhardo Hvivs Monasterii Abbe XIII. Qvi præfuit annis XIII. IV.
mensibus III. & de gestis eius & illius temporis.

urn:nbn:de:0128-1-17336

Monasterium quod appellatur Kodevicum; additum in eiusdem loco ad eiusdem monasterium Clingenmünster Spiresis diœcesis. Monasterium in Blendenstadt Moguntinensis diœcesis. Monasterium in Wiblingen Constantiniensis diœcesis. Monasterium Massiliense. Monasterium S. Leonhardi. Monasterium Sigenbergense, Coloniensis diœcesis. Monasterium de Sunstheim Spirensis diœcesis. Monasterium in Bruviller Coloniensis diœcesis.

Abbasq[ue] quoque de Homberg similem confraternitatem à S. patre Wilhelmo & fratribus Hirsaugiensibus cum ceteris obtinuit.

Monasterium S. Heimerani Ratiponensis. Monasterium S. Maximini prope Treverum. Monasterium S. Albani Mogunt. Monasterium Lymburg Spirensis diœcesis. Monasterium in Amorbach Heribolensis diœcesis. Monasterium S. Vdalici prope Constantiam. Monasterium in Eidenheim Eistetensis diœcesis.

Monasterium Montis monachorum Bambergensis diœcesis. Monasterium Suartzach Heribolensis diœcesis. Monasterium S. Burchardi iuxta Heribolim. Monasterium in Deckingen Augstenensis diœcesis. Monasterium sanctæ crucis in Werde Augstenensis diœcesis. Monasterium S. Nazarii in Lauriis. Vvormatiensis diœcesis.

Sed & alia pleraque monasteria sub confederationis mutua titulo, in eandem confraternitatem Hirsaugiensium à sancto abbatte Vvilhelmo suscepta fuerunt, quorum nomina ad memoriam nostri venire non permisit temporis nimis veritas. Canonici quoque secularium ecclesiarum simul & cathedralium in diversis prouincijs constituti, principes quoque nobiles & pontificesque & potentes multi in seculo, ad ea conuersatione sanctissima Vvilhelmi abbatis, & monachorum Hirsaugiensium, eorum se orationibus deuotissime commendantes orabant instantius in eorum suscepit confraternitatem. Tantumnam de illa sanctissima congregatione bona, in omni terra tempore Vvilhelmi dicebantur ab omnibus qui Deum amabant, ut beatos se crederent quicunque ad eorum confraternitatem fuissent admitti. Nec erat inter multos tunc celebris ociosa ista memoranda fraternitas, quæ missis & orationibus sanctorum cumulata, defunctorum animabus gratia ubi sibi ministrabat. Hoc enim compacta sonabant, ut quoties defunctus aliquis de monasterio sub confraternitate praesata suscepitur, in coenobio Hirsaugensi denunciatus fuisse, constituta pro eo mox fierent orationes, vigilia, missa, disciplina & elemosyna, quas pariformiter & ab alijs pro se fieri post mortem singuli expectabant. Denique si quædo contigisset aliquem monachorum de coenobio hanc confraternitatem cum Hirsaugiensibus habente, ad Hirsaugiam venire, cum tanta suscepiebatur charitate, ut non alienus & advena, sed domesticus & incola coenobii huius esse putaretur. Similis exhibito charitatis impendebarur fratribus huius monasterij Hirsaugensis ad ea loca venientibus, cum quibus fraternitatis confederationem habeant. Sed nunc ad ordinem historiæ revertamur.

Igitur Vvilhelmo abbatte sanctissimo feliciter mortuo, septem & viginti diebus abbatia vacavit propter absentiam Gebhardi abbatis futuri, tum quidem prioris, quem misum pro reliquijs S. Petri Apostoli ad Cluniacum diximus.

DE GEBHARDO HYIUS MONASTERII ABBATE XIII. QVI
prefuit annis XIII. mensibus III. & de gestis eius & illius temporis.

REVERENDISSIMUS atq[ue] sanctissimo abbatte Vvilhelmo viam vniuersæ carnis felicitatis ingresso, posteaquam abbatia huius monasterij vacasset diebus 27. ad electionem noui pastoris fratres conuenerunt in unum, ipso die quæ dicitur ad vincula Petri, quando (sicut prediximus) capilli eiusdem Apostoli in presentia multorum abbatum, monachorum atq[ue] fideliuum ad monasterium fuerunt introducti: factaque inter se collatione necessaria,

Hirschau-
iensis h[ab]-
bitum hot
tempore.

Alia cenobia
bi me-
dii
funt uita
quicque
tempore.

Hirschau-
iensis fraterum
famam famam
et similes.

Ptilatu bu-
ius confrar-
ternitatis.

Vvatis ab-
bata dies
XXVII.

Hirschau-
iensis fraterum
famam famam
et similes.

Hirschau-
iensis fraterum
famam famam
et similes.

Vvatis ab-
bata dies
XXVII.

ipsum Gebhardum priorem suum in abbatem vnamiter elegerunt, virum ad regimē nimirum satis idoneum, natione Suecum, literis & eloquentia singulariter imbutū, qui electus, vt perfertur, prima die mensis Augusti, anno Domini 1091, indit. 14. sub imperatore Henrico 4. & Urbano papa 2. praeuit monasterio ab his 14. & mensibus 3. quibus cœlatus, in episcopum Spirensis ecclesie (quemadmodum suo loco dicemus) eleitus est. Fuit aut (sicut diximus) ex Suevia oriundus, nobili prospicio genitus, statura corporis fice brevis, nimium nec longa proceritate deformatis, sed debita mediocritate proportionatus, nigro capillo in circuitu capitisi ornatus, corpore crassius, & pulchra moderatione dispositus. Cu adhuc puer esset, magistris ad dicendum literas à parentib. traditus fuit, in quibus cum agere vñq; adeo profecit, vt in omni literatura tā seculari q̄ diuina similem vix haberet. Etat enim virū decunq; doctissimus & singulari eloquentia, tā in Romana q̄ in lingua Teuthonica prædictus. Annis tandem puerilibus cum studio literarum emensis, in ecclesiā Argentiniensi Canonicus factus est, vbi cū diuitijs & honorib; auctus quotidie inumesceret, nihil minus q̄ cōuersationem cogitabat. Raro enim diuitiibus maxime clericis, solet adesse cognitio, quia quāto plus intendunt secularibus curis, tanto minus de sua sunt saltem solliciti. Ita & Gebhardus iste Canonicus de quo loquimur, cū nobilitate generis & affluentiā diuitiarum inaniter supra se eleuare turin altum, pauperibus Christi, & monachis maxime, nō solum nihil boni exhibuit, sed etiam spernens & contemnens, multas iniurias eis inficerre consuevit. Vnde namque quod ex donatione fidelium fratribus Hirsaugiensis cœnobij in Alsatia creauit, per violentiam rapuit. & iuinitis omnibus, in propriis viis conuertit. Quod eo faciliter facere potuit, quo sanctum virum Wilhelmu, cum Romana eccllesia sentientem, nullum ab Henrico rege defensionis auxilium sperarunt scioit. Admonitus tamen per viros bonos super hoc temerario factō, cum abate Wilhelmo composituris venit ad Hirsaugia tumidis, superbus, & elatijs, nihil minus habitu & gestibus quam religionis amorem monstrans, sed Deus omnipotens, in cuius potestate sunt omnium corda hominum, qui Saulēm persecutorem fidei Christiana Paulum defensorem effecit, ēt huius viri mentem in aliud propositum subito cōmutauit. Sagaci namque consideratione, fratribus laudabiliter conuertere audiuit, & captus in eius sermone, sancto iustus agente spiritu, propositum subito mutauit & valde cœps, & curis seculi, factus est in hoc cœnobio sub monastico habitu fama 10 lus Dei. Qui cum sanus & incolmis aliquando inter fratres laudabiliter conuertere fuerit, vt patientia eius coram omnibus probaretur, grauissimum languorem incidit, in membris omnibus pene resolutis manum ad os non valeret portigere, nee de vno latere in aliud sine aliorum adminiculo se mouere. Hac infirmitate plus integrō anno miserabiliter, sed cum multa patientia agrotauit, quousque misericors Deus vires ei restituit, minducandi, fedendi, legendi, & in scāmniolis super terram instar puerorum reptandi. Præter enim linguam hæc tenus nullum membrorum suorum mouere ponuit. Quadam vero die, vir domini Wilhelmus cellam agrotantis ingreditur, & vi vñsum vel dextra manu a Domino precibus deuotis peteret, Gebhardum iacentem exhortatur. Renuit ille cum summa detestatione, confirmans sc̄ corporis salutem omnino paruipendere, vt bene de cōfessione purgatus posset ad Deum peruenire. Pius autem pater misericordia mox dexteram illius apprehendens benedit, orat, de osculaturque cum, & pristinæ sanitatis cernentibus cunctis subito restituit. Post paucos vero dies vxor fratri ipsius Gebhardi, ad eum gratia visitationis cum familia multa aduenit, ad quam in sella portatus galatoria, cum interloquendum brachij sui miraculosa sanitatem proferret in medium apprehendens illa dexteram ipsam sanatam, muliebri eam quasi sanctificatum quippan de osculatur affectu. Et ecce brachium ipsum miraculose sanatum, mox ad tactum feminæ, quamvis deuota, miraculosius ad pristinam rigiditatem revertitur. At ille diffimulato quod acciderat, Germani salutata vxore, ad cellam suam reportari se fecit. Wilhelmus autem sanctissimus pater, discens in spiritu sancto quod accidit, mox ad cellam agrotam venit dicens: Hæc est poena temeritatis tuæ frater, qui manum Deo consecratam ipsius miseratione sanatam, se mina gloria rætus inani præbuisti osculandam. Admonitus deinceps, ne simile feceris esto: iterumque apprehendens ipsum brachium sancta sua benedictione sanauit, quem totum non multo post orationibus suis ad pristinū status valitudinem reduxit. Veruntamen ex eadem infirmitate quoad vixit, semper uno pede claudicauit, quatenus memore eorum quæ sustinuerat amplius, non peccaret. Nam cum esset virtus generis nobilitate clarus, quam acrimonia ingenij sublimis, animiq; constans, sapientia, scientia & eloquentia singulari, prærogativa insignis & magnæ quoq; in seculo repa-

Gebhardus
in abbatem
eligitur.

Vita ipsius
Gebhardi
abbatis.

Comme-
datione ex
scientia li-
terarum.

Fit canoni-
cus Argen-
taenii.

Anfert vi-
tu Hirsa-
giensis
mon. hu-
mouler.

Ad Hirsa-
giensem venit
Gebhardus.

Gebhardus
fit mona-
chus.

Paralypto-
tes dissolu-
tus.

Miraculum
Wilhelmi
abbatis su-
per Gebhar-
dum.

Brachium
vñs ad re-
parandum
sanatam
regeſit
itterum.

Increatio
S. abbatis
Wilhelmi,

Vno pede
claudica-
bat Gebhar-
dus.

reputationis, pia Domini castigatione flagellatus est, ne forte omnibus succedētibus pro-
 spere, mens in elationis orcum laberetur. Restitutus autem sanitati cum in omnibus reli-
 giose conuersaretur, in priorem huius monasterij, consilio fratrum à S. patre Wilhelmo
Gebhardus
in priorem
ordinatus.
 constitutus est in quo quidem officio magnam diligentiam fecit, & fratres in omni humi-
 litate, patientia, charitate & obseruantia regulari semper studiose præcessit. Postea cum
 sanctus pater Wilhelmus in constructione noui monasterij Hirsaugiensis multum esset
 occupatus, ipsiusq; laboris assumptioni cerneret appropinquare consummationem, volen-
 que S. Apostolorum principem Petrum ecclesie suæ ordinare patronum, ingenti concu-
 piuit desiderio aliquas de eius sacratissimo corpore habere reliquias, quas in nouam à se
 10 fundatum reponeret ecclesiam. Misit ergo venerabilem virum Gebhardum priorem suū
Prior Geb-
hardus mit-
tito Romā
ad Papam.
 cum literis & epistolis commendatit, Roman ad summum Pontificem Urbanum 2.
 qui aliquando in Cluniaco monachus fuerat, petens sibi aliquid de beatissimi principis A.
 postolorum reliquijs traxmitti. Veniens ad papā prior Gebhardus, benignus quidem ab eo
 suscepimus est, peritas tamen reliquias obtinere non potuit. Audiuuit autem à summo ipso
 pontifice Gebhardus de capillis S. Petri veras in monasterio Cluniacensi reliquias habeti,
 deditq; consilium papa vt Wilhelmus abbas, tanquam amicus S. Hugonis ex illis aliquid
 postularet, quod & postea factum est. Verum papa ne vacuum remitteret missum, quo-
 rundam aliorum sanctorum reliquias Beato Wilhelmo abbatii per manus eiusdem Geb-
 hardi, pro charitatis munere destinauit. Reversus autem ad Hirsaugiam prior Gebhar-
 dus, verba summi pontificis S. patri retulit, & particulas reliquiarum libi a deodem tradi-
 das, abbatii cum laetitia præsentauit. Audiens vero S. abbas Wilhelmus de capillis B. principi-
 pis apostolorum Petri, apud sibi amantissimum abbatem Hugonem in Cluniaco conti-
 nent aliquid, valde gauisus est, confidens sibi nihil penitus ab eo posse denegari, cui se fore
 amantissimum iam multis beneficijs fuisse expertus. Igitur post paucos menses, iterum ad
 se suum vocauit priorem, quem idoneum ad quæque ardua peragenda, præceteris omni-
 bus esse sciebat, traditisque literis ad reuerendissimum abbatem Cluniacensem S. Hugo-
Gebhardus
Prior ad
Cluniacum
missus.
 nem, cum precibus destinauit ad Cluniacum pro imperrandis capillis prefati Apostoli
 Petri vel paucissimis. Venerabilis autem Gebhardus legatione suscepta, virtute sanctæ o-
 bedientiae armatus, se quam humilime ad iter indictum accinxit: cui abeunti benedictio-
 ne regulari præmissa, sanctus pater sub angelmate dixit, Vade quam celerrime fili, quoniam
S. Hugo tre-
cruis S. Pe-
tri missus
Wilhelmo
abbatis.
 nisi Petrum præuenias, & Paulum, non mihi, sed tibi laboriosum iter assumpisti. His dictis
 Gebhardus abibat, non intelligens verba S. abbatis, quibus mortem suam imminere ad
 festum apostolorum propheticō spiritu prædixit. Veniens autem Cluniacum ad S. Hu-
 gonem literas abbatis sui Gebhardus prior & sanctum desiderium exposuit, à quo post
 dies paucos, quibus ab itinere fessus quieuit, tres crines de capillis B. Petri Apostolorum
 principis in scripulo argenteo B. Wilhelmo & fratribus Hirsaugiensibus deferendos,
 cum ingenti laetitia suscepit. Qui reuertens cum festinatione priusquam Hirsaugiam
 ingredieretur Wilhelmi reuendissimum abbatem ad dominum migrasse cognovit,
 reliquias in domo cuiusdam sacerdotis usque ad meliorem deliberationem (sicut dixi-
 mus) non longe à monasterio reposuit, & in locum defuncti patris sanctissimi, vnamimi
 fratum consensu abbas electus fuit. Electus autem in die prima mensis Augusti (sicut di-
 ximus) consecrationem suam usque ad diem 13. calend. Aprilium distulit, super quo mi-
 rantibus fratribus & agreferentibus respondit: Sine benedictione cura hucusque
Benedic-
tione cura dis-
tulit.
 manere fratres idcirco volui, vt & ego vobis mores ostenderem meos, & vestrum erga me
 cognoscere affectum. In vestra igitur nunc voluntate relinquio de me statuendi quic-
 quid volueritis, vestrique adhuc sit arbitrij me pro abbate super vos vel recipere vel repu-
 diare: cui cum omnes quasi uno ore respondissent, se de ipso bene esse contentos, & alium
 præter ipsum non optare pastorem, gratias eorum de se benevolentia agens ordinari ex
 more consenserit. Pergens igitur ad ciuitatem Constantiensem à Gebardo eiusdem viris e-
 50 piscopo cū Romano Pontifice bene sentiente, in praesentia multorum abbatum, prælatorū
 ac nobilium, in pastorē Hirsaugiensis monasterij rite consecratus est, duodecimo calend.
 Aprilis, in natali videlicet. Beati patris nostri Benedicti, institutionis suæ mense octauo, anno
 Domini millesimo nonagesimo secundo, indictione decimaquinta. Porro in locum suū,
 consilio fratrum, priorem ordinavit venerabilem monachum nomine Heymonem, vi-
 rum moribus & scientia probatum, qui in colligendis rescribendisque libris pro fratum
 utilitate magnam diligentiam fecit. Erat sane vir studiosissimus, & tam in divinis scripturis
 quam in secularibus literis egregie doctus, ingenio subtilis, & satis admodum comptus
 eloquio, qui eruditio sua præclara monumenta reliquit. Scriptis inter cetera ingeni

MONAST. HIRSAVGIENSIS

fui opuscula vitam & miracula Beati Wilhelmi supradiicti abbatis: quam tamen quidam alius frater postea volens ampliare, breuiores reddidit. Scriptis etiam nonnullos sermones & homiliae, quæ vt plurimum ex errore alteri cuidam ciuidem nominis Heymo, ex monacho Halberstadiensi episcopo, viro & que doctissimo, de quo longe superius mentionem fecimus, adscribuntur. Itaque commixta simul amborum Haymonum homiliae habentur, vt nō nisi sagacissimo lectori, ex ipsa phras, licet cum difficultate, possili.

*Opuscula
prioris Hay-
moni.*

*Congrega-
to de S. Au-
relio ad ma-
tus mona-
sterium
transf.*

*Officinas &
claustrum
construxit.*

*In omniter-
rato mona-
sterio etat glo-
riofum.*

*Sub eo res
monasterij
fuerunt
ampliatae.*

*Wolfhel-
mus abbas
Bruvile-
rensis obiit.*

*Wolfhelmi
opuscula
que scripsi-
se dicitur.*

*Conradus
monachus
in Bruvile-
ris doctissi-
mus.*

*Conradus
qui & Pere-
grinus, mo-
nachus Hir-
saugiensis
doctissimus.*

*Conradi i-
stius opa-
scula.*

le sit alterius ab alterius dicta secernere. Ordinato autē Gebhardo in abbatem, congregatio fratrum de sancto Aurelio, ad maius monasterium eodem anno cum letitia transi grauit, cunctis benedictibus Dominum, quod hunc diu optatum superuixeruere diem meruissent. Iste Gebhardus venerabilis abbas claustrum monasterij & cæteras officinas omnes, quas sanctus pater Wilhelmus morte præuentus vel non incepit vel incepitas non finiuit, impensas sibi copiose præbente quadam Wigando, ciue Moguntino, profratum necessaria mansione construenda perfecit. Fuit autem in gubernanda refamiliari multum idoneus, & in omnibus plusquam crederetur astutus, quippe qui ratione vtilitatis saepe aliud simulabat, atque mente repositum gerbat. Auditus perpicacissimi fuit, ita vt ea quæ in loco dicerentur semoto, facilimo auditu perciperet. Nominatissimus fuit propter sapientiam & eloquentiam suam in tota Germania, non solum apud religiosos & spirituales, sed etiam apud seculares, nobiles & principes: quoniam quicunque enim vel consulentem, vel perorantem temel audiret, statim in admirationem ducit, Hirsaugiam praedicabat felicem, qua talen habere pastorem meruisset. Ad publica confilia principum frequenter vocabatur, in quibus cunctis admirabilis semper apparabat, cum & necitate vis eloquentiae, qua cunctos vicebat, mirandam in eo commendaret sapientiam: & ipsam facundiam admirabilem, sapientia incredibilis redderet fructuosa. Sub eius regimine res monasterii temporales mirum in modum ampliate fuerunt, aucta prædia, possessiones dilatatae, censuque & redditus annui numero & precio sumpserunt incrementa.

Multi enim viri nobiles atque ditissimi, & se & sua pro regni coelestis amore fratibus Hirsaugiensis coenobij, sub abbatis Gebhardi magisterio tradiderunt. Eodem anno quo in abbatem fuerat electus Gebhardus iste, tribus videlicet & ptuaginta diebus ante obitum S. patris Wilhelmi, anno Christianæ salutis 1091. m. 10. Maji mortuus est venerabilis atq; sanctissimus ille Bruvilerensis coenobij abbas Vvolhelmus nomine, vir tñ in diuinis scripturis, q; secularibus literis egregie doctus, cuius sanctissima conuersatio multis profuit ad salutem. Magna inter duos istos reverendissimos viros Vvihelnum Hirsaugensem & Vvolfhelnum Bruvilerensem familiaritas, panis & fanestate comparata, quæ usque ad mortem utriusque in iuviola permanxit. Scriptis autem idem B. Vvolfhelmus abbas non sernende electionis opuscula, sed pauca eorum ad notitiam meā peruenierunt. Legi sub nomine eius de Sacramento altaris, plenū eruditissimum, quæ scriptis cōtra errores M. Berengarij Turonensis. Carmina quoque de sancto Benediceto, aliisque diversis sanctis & rebus, cum sermonibus multis cōpositi. Hic primo fuit monachus in coenobio sancti Maximini Treuerensis, deinde apud sanctum Pantaleonem in Colonia postea factus est abbas in Gladebach Colonensis diœcesis. Indeq; translatus ad Bruviler eiudem diœcesis, abbas in ordine tertius ibidem constitutus est. Eius vitam plenam virtutibus & signis, Conradus monachus atque discipulus ciuidem veraci narratione descripsit ad Euerardum Bruvilerensem & Hermannum sancti Pantaleonis abbas. Qui Conradus cum esset in sacris secularibusque literis non infime doctus, & bono doctissimoque præceptore optime in omni scientia imbutus, compotuit & alla quædam opuscula, quibus ingenij sui acrimoniam ad posteritatis notitiam transmitit.

Claruit iisdem quoq; temporibus in hoc monasterio Hirsaugensi, sub abbate Gebhardo & quibusdam successoribus eius, monachus quidam doctissimus nomine Conradus, qui scientia & eruditione sua admirabilis, famam consecutus est immortalem. Fuit enim nō solum in diuinis scripturis studiosus & doctus, verum in secularibus quoq; literis eruditissimus, Philosophus, Rhetor, Musicus & poeta omnium sui temporis in Alemani celeberrimus. Multa ingenij sui præ clara volumina posteris legenda ornatisimo sermone composita, in quibus nomen suum ex humilitate, sub Peregrini vocabulo abscondit. In his precellit opus illud clarissimum, quod de sancta virginitate, sub nominibus Peregrini presbyteri, & Theodoræ sanctimonialis, in dialogi modum per libros octo distinguit. Speculum virginum appellavit: opus sane tam utile & necessarium Christi virginibus, ut laudari ab homine mortali nō valcat. In Euangelia quoque, quæ per anni circulum ad missam

missam leguntur, magnum volumē pulchra varietate composuit. De vita, spiritu, & fructu mortis edidit librum vnum: & alium quem Matricularium prænotauit: item alium quem prætitulauit Dida/calon: de Musica & differentia tonorum librum vnum: metricum quoque opusculum de laudibus S. patris nostri Benedicti. Sermones etiam plures & homiliae multas elegantissimae componit.

Sed & carmina plura & epigrammata diuersa, varijs generis ornata scripsit, quæ veterum negligentia partim in obliuionem deducta sunt. Nemo cum ista legerit, arbitretur declamatorem illum, qui ex eorum ordine quos Mendicantes vocant emergens, sub Peregrini nomine sermones ad populum cicatricos instar modernorum humili compo-
10 sit dictione, aut nostrum fuisse Peregrinum, aut ei comparare aliquatenus posse. Ille enim more declamatorum huius temporis, scholastico sermone depresso incedens, crenieritas introducit quotationes scripturarum. Iste autem noster Peregrinus Tullianam sequutus eloquentiam, veterum more sine allegationibus superfluis lucidam, sanam & integrum orationem continuat.

Floruit hisdem quoq; temporibus Theodoricus abbas monasterij S. Trudonis no-
stri ordinis, vir vndeunque doctissimus, qui scripsit inter multa ingenij sui monumenta, Theodori-
cum abbatis
S. Trudonis

pud religiosos vitam eiusdem S. Trudonis, vitam quoque S. Bauonis, vitam etiam S. Reinoldi, & varios sermones ad fratres.

Clarauit quoque hoc tempore Stephanus, qui & Herrandus, ex abbate monasterij El-
senburgensis nostri ordinis episcopus Halberstadiensis, vir doctus & sanctus, qui semper Stephanus
ex abbate
episcopus
Halbersta-
densis.

Hennici quarti scelera detestatus cum Romana ecclesia optime sensit. Scripsit ex persona comitis Ludouici fidelis ecclesie Romanæ ad Walramum episcopum Naumburgensem, qui partes Henrici Imperatoris 4. contra obedientiam summi pontificis pertinaciter defendebat, epistolam non minus elegantem quam prolixam: in qua cunctos errores, Epistolam
scripsit con-
tra Henr-
cum pro ec-
clesia Ro-
mana.

crimina & scelera ipsius Henrici regis tam aperte describit, ut nulla deinceps potuerint excusatione negari. Inter cetera vero eiusdem epistola sic dicit ad Walramum defen-
sorem regis schismatici & excommunicati: Audi igitur vera, non fucata: audi fortia, non faceta.

Omnis qui dignates spirituales diuendit, haereticus est. Dominus autem Henricus, Scelera Im-
peratoris.
quem regē dicunt, episcopatus & abbatias vendit: etenim Constantiensem, Bambergensem, Moguntinensem & plures alias pecunia, Ratisponensem, Augustensem & Strasburgensem pro gladio, abbatiam Fulensem pro adulterio, Monasteriensem vero episcopatum, quod dicere & audire nefas est pro Sodomica immundicia vendidit. Quæ si impudenter negare volueris, teste celo, teste terra, omnes etiam à furno redeentes (cœli), con-
cludent hoc: Dominus Henricus haereticus est. Pro quibus nefandismalibz ab apostolica sede excommunicatus, nec regnum nec potestatem aliquam super nos, quia catholici sumus, poterit exercere.

Hæc viri constantissimi scripta & authorem suum in Dei fundatum timore confir- Imperator
mant, & quanta fuerit in Romanam ecclesiam regis Henrici temeritas manifestant, qui mediat Hirs-
tum. persequebatur & que ad mortem omnes, qui obedientiam Christi vicario exhibebant. Vnde augias der-
ribuit.

cum S. Wilhelmu abbatem & fratres Hirsaugiensis cœnobij constantes in Romani pontificis obedientia, sibi q; tanquam excommunicato contrarios esse cognouisset, in publico suorum principum consensu præcepit, Hirsaugiam funditus destrui, & fugatis monachis, bona monasterij in stipendum militibus erogari.

Ad hoc facinus perpetrandum Wernerus episcopus constitutus per simoniam ad

ecclesiam Argentinensem, homo peruersus, & S. Romanae ecclesia atrocissimus inimi- Episcopus
Argenti-
nensis in hoc
opus accu-
gitur.

cus, tanquam obsequium præstiturus Imperatori milites cohortatur suos, promisit preda

ingentem de spolijs monachorum. Cumq; milites detestari nefas tam immane in famu-
los Dei ceperissent, insanus pontifex dixit: Ego vos, o milites fortissimi, in hoc obsequium

regis nostri iustissimi præcedam, & quicunque vestrum me secutus non fuerit, reus læsa

maiestatis erit. His dictis loricam induit, quindutus, equū plenus minarū in monachos

Hirsaugientes, ascendit, subitoque clamans & vulans, horribiliter eccecidit, & morte subi- Episcopus
iniquus
mores subi-
taneacci-
dit.

tanca præoccupatus cunctis evidentibus expiravit. Cæteri vero tam miserabilem pontifi-
cis intuentes exitum, valde timuerunt, nullusque eorum deinceps ausus est contra monaste-

tium Hirsaugensem finistrum aliquid pertentare.

Furor tamen Henrici regis quem contra Hirsaugientes semel conceperat, quā diu

vixit, non quieuit: nec Hirsaugiam solam persequebatur odio, verum omnes qui cum ec- Furor Hen-
rici contra
catholicos.

clesia Romana bene sentientes, cuius communionem vitabat, perdere laborabat, Archie-

piscopum Moguntinum Wezilonem nomine, virum doctissimum, primum sibi consentientem, postea vero contrarium, multis iniurijs afflixit.

*Abbas de
Hasungen
expellitur.*

Eius quoque successorem Ruthardum venerabilem virum, de sede Moguntinac. pulit, ipsumque exulare per nouem annos in miseria maxima apud Thuringiam coeger. Abbatem Giselbertum filium huius conuentus, cum sexaginta monachis, propter obdientiam quam summo praestabant pontifici, de monasterio Hasungen expulit, & possellos. nes ipsius monasterij miserabiliter distraxit.

*Imperator
mandatis
rum destrui
Hirsau-
gam.*

Multos quoque pontifices de suis ecclesijs furiose fugauit, abbates & eorum monachos de coenobijs expulit, & multa monasteria cum ecclesijs funditus destruxit. Multis vi- cibus amicis & sautoribus suis praecepit, ut monasterium Hirsauensem destrueret, sed o- rationibus sanctiorum, eius conatus semper impediti fuerunt, quemadmodum ex visione in- eta quædam abbatissa in Bauaria partibus edocta, referre solebat. Quamdiu autem Henricus Imperator quartus, vixit & imperauit, frequentibus minis & terroribus fratres super destruccióne monasterij huius, per eum cōminata, inter se angustiati fuerunt. Confusamen in adiutorio altissimi, pro cuius amore terrenū regem infensum habebant, non au- mis, sed orationibus cauam suam sine intermissione defendere fatigabant.

M X C I I.

*Conradus
filius Impe-
ratris Pa-
tri rebellat,
Gau-
la re-
bellorum filii
contra pa-
trem.
Insultum
nisi. Hen-
rici in u.s.o.
rem.*

Anno Gebhardi abbatis secundo, Conradus filius Henrici Imperatoris ex prima vi- xore Berta natus, patri rebellare incipit, & Romani pontificis pertulatus literis imperium trix rebellat, ad se trahere. Sed operæ premium fuerit causa huius rebellionis contaxisse principia. Hen- ricus rex pater Conradi Praxedem vxorem suam ante annos 7. Coloniam duxerat, quam nimio cœpit odio habere, ita ut maius esset odium, quam dilectio qua prius eam amau- rat. Vnde nimio in eam odio succensus, posuit in custodiam: & concessit plenis que ser- uitioribus suis, ut vim ei inferrent, ipso vidente. Ad tantam vero dementiam peruenit, ut etiam filium suum Conradum ad concubitum illius initaret: qui cum thorum patris maculare recusaret, exhortando eum rex ad vitricæ illicitos amplexus inter carera dicit. Quid timide coire cum fœmina tardas, quæ tibi vitrica non est? Non enim es filius meus quemadmodum putas, sed cuiusdam peregrini de Suevia principis, cuius & faciem mani- feste habes impreßam. His verbis ultra modum indignatus filius, iram quidem tunc puni- denter simulanit, & post dies paucos cum quibusdam sibi consentientibus summum Pon- tificem Urbanum secundum adjit, à quo honorifice susceptus, & in regem soleniter con- seferatus, in Italia & Longobardia contra patrem regnauit.

*Conradus
rex ordina-
tur à Papis-
ti.*

Erat autem vir optimus, omni bonitate & probitate conspicuus, humilis, modestus, & plenus charitate, ac summa in clerum monachosque reverentia ac pietate. Sed paucos annos post suam coronationem superiuiriens, immatura morte sublatus est. Regina vero post multas iniurias & mala inaudita sibi in occidente illata, Deo miserante, decula- dia eusafit, & ad Mechtildam Longobardorum reginam potentissimam fugiendo perve- nit.

*Regina eu-
dens de cu-
fida ad
Papam Ur-
banum ve-
nientia.*

Quæ susceptam cum honore ad Urbanum summum Pontificem eam perdulit. Prouoluta igitur ad pedes Antistitis Imperatrix, misera profusis lachrymis ac intimis fit- gultibus, omnem tuæ quam pertulerat calamitatis miseriam intimauit. Papa regine com- patiens, post verba necessitatis consolationis synodus in urbe Roma congregat, in quo Henricum regem hæreticum, simoniacum, Nicolitarum hæreticos principem, sanctæ matris ecclesiæ inobedientem atq; rebellē publice denuncians, pro inauditis sceleribus uxorem propriam cōmissisiterum excommunicat, ipsumq; schismaticum & hostem Dei & sanctæ catholice ecclesiæ esse proclamat.

*Henricus
rex anno
excommu-
nicatur à
Papam Ur-
banum ve-
nido.*

Regina autem post hac ad patriam suam, regnum videlicet Rusciorum reuersa, mo- nasterium virginum Christi ingreditur, in quo religiosissime conuersata, tandem in abbatissam ordinis nostri ibidem ordinata perhibetur, & vsq; ad mortem in sancta con- fessione permanxit. Eodem anno eclipsis solis facta est 9. calend. Octob. hora diet tertia. Et so- draco in celo visus est, & magna pestilentia & mortalitas hominum & iumentorum sub- secuta.

*Pessimum
ad terram
fendam
sub God-
fridi.*

Anno Gebhardi abbatis 5, qui fuit dominica nativitatis 1096. prima expeditio Hierosolymitana sub Petro monacho & Gotrido de Bulion, duce Lotharingia, ad recuperandum sanctum Domini sepulchrum facta est, cū infinita multitudine ex omnibus Eu- rope nationibus Huius peregrinationis acta per multos copiosissime descripta sunt, que huic inservere chronicæ nimis esset prolixum & tedium.

Fuit

CHRONICA I.O. TRITHEMII.

93

Fuit autē Godfridus iste comes in Bulio & Lotharingia dux, vir fortis & strenuus, qui
amore coelestis regni arduā hanc peregrinationē subiturus, comitatum suū de Bulion cū
omnibus prouentibus attinetijsq; vendidit episcopo Leodicensi pro trecentis & mille
marcis argenti purissimi, quas in eandem expeditionem hilariter expendit.

Vnde vsq; in hodiernum diem episcopus Leodicensis se ducem de Bulion, non co-
mitem, ob honorem Godfrido postea regi Hierosolymitanorum facto, scribere conſue-
vit. Prius vero quam haec peregrinatio inciperetur, anno videlicet Gebhardi abbatis 4.
multa signa & prodigia in aere vīla sunt.

Nam circa nonas octobris apparuit cometes ad plagam meridionalem stans, suum
que splendorem in obliquum gladi more protendens. Stella etiam alia in oriente, sexto
cal. Martij vīla est, qua locum suum longo interstilio crebris saltibus mutauit.

Nubes quoq; sanguineas tam ab occidente quam ab oriente surgentes, sibique inqui-
cem in ecclie medio concurrentes, tursusq; medijs fere noctibus à leptentrione igneos
exurgere splendores, plerunque etiam faculae per aera volantes, multi scriptorum illius
temporis se vidisse testantur.

Non multo ante hos annos quidam venerabilis vita presbyter, nomine Suiggerus,
in dioecesi Coloniensi, cuiusdam die hora fere nona, duos equites conspexit in aere con-
currentes, diuq; inter se concertantes, alterum qui & erucem non modicam qua percute-
ret alterum in manu tenere videbatur, viētorem tandem exitere.

Quidam etiam presbyter Gerlacus nomine, hora quadam meridiana cum duobus
comitibus in sylva deambulans, gladiū mirae longitudinis venti vertigine, ignotum vn-
delearetur in sublime deferrit vidit, & quoq; visum altitudine leuaret tam fragorem au-
tibus quam metallum oculis discrēvit.

Refrebant nonnulli nocturnis horis ciuitatem se in aere pendentem vidisse, diuer-
fasque hominum quasi turmas diuersis ad eam partibus tam equestri quam pedestri in-
tendere ordine pedes. Multi etiam crucis signaculum sibi meti in frontibus, vestibus, vel in
quolibet corporis loco diuinitus impressum ostendebant, ipsoque se stigmata ad eandem
Domini militiam praescriptos credebant.

Mulier quadam duobus annis continuis imprægnata, dirupto tandem vtero filium
loquentem effudit. Item infantulus per omnia binimembris natus est. Alter etiam capite
bino, & agnelli plures binis capitibus exorti sunt. Species quoque ignis in modum fulgu-
ris ad longitudinem hastæ formatus, sed latior clarissimo dic, & in ipso solis fulgure discur-
rens oculos intuentium improviso terrore concuslit, neminem tamen la sit. Quadam e-
tiam die, sole declinante in occafum, nullaque in aere nubecula penitus apparente, ecce
globi ignei in diuersis aeris partibus multi, quasi discurrentes apparuerunt, tursusq; altius
elevati in cœlum se recipere videbantur. Multi vero non ignem, sed angelicas fuisse po-
testates opinati sunt. In Saxonia bos humana protulisse verba dictus est trinaque ad pasto-
rem dixisse vice, Vade Hierusalem capientia Christianis.

Dum ergo ista & alia multa portentosa miracula, quæ causa breuitatis omitto, ad-
huc haberentur præ oculis, ecce quidam inclusus nomine Petrus, in finibus Hispaniæ con-
stitutus, claustris egressus, orbem pene totum commouit, quandam circumferens char-
tulam, quam coelo laplam dicebat, in qua cōtinebatur vniuersam Christianitatem armis
instructam de cunctis mundi partibus, Hierosolymam ire debere, & eam pagani inde pulsis
possidere perpetuo cum omnibus finibus suis.

His verbis prouocati non solū rustici & ignobiles, sed etiam reges, duces & principes,
episcopi, abbates, monachi, presbyteri & laici nobiles, diuites, pauperes, viri & mulieres,
virgines & moniales, pueri & senes, multitudine pene innumerabiles: venditis partim
possessionib; suis, aut etiā petitus neglectis, quasi diuino quodā furore agitati, omnes vno
ore vnaq; sententia Hierosolyma pergere statuunt, sanctumq; Domini sepulchrū cum o-
mni circa regione de manibus infidelium eripere, & ad Christianum orbem reuocare. Mi-
rabilis ille spiritus, qui tot hominum millia impulit ad iter tam insolitum, cunctis maxi-
me mulieribus. Exentes autem in hanc expeditionem mulieres, virgines & moniales si-
ne numero, virili vrebantur habitu, & inter viros armatae incedebant.

Convenientes autem in vnum, propositum iter assument: venientesq; vsque in Pæ-
noniam, magna pars corum interficta est, nec immerito. Cum mulierib; enim & monia-
libus incedentes viri, sacerdotes & monachi luxuriantur in exercitu, & se immunda
fornicatione mutuo foedantes, iram contra se iussi iudicis Iesu Christi provocarunt.

Godfridus autem dux cū fratre suo Baldeuno & reliquo exercitu, incepit iter pro-

Fuit

Hierosolyma christiana a Christianis.
secuti primo Antiochiam, ac deinde Hierosolymam cum reliquis urbibus, domino nostro Iesu Christo eis auxiliante ceperunt.

Ibi per Dei populum Godfridus ipse in regem electus est, quo post aliquot annos mortuo, ac iuxta sepulcrum Domini tumulato, in regno frater Baldeinus succedit, & fines Christianorum in circuitu valde dilatavit.

Eodem anno Domini, videlicet 1096, fundatum est monasterium abbatiale ordinis nostri Reinharden, in Saxonia, Moguntinchis dioecesis non longe a Gottingen, & pro sustentatione monachorum competenter dotatum.

Primus huius coenobij abbas Reinhardus dictus, vir doctus atque sanctissimus fuit, qui multis in vita & post mortem miraculis claruit: per cuius meritum usque in praecepsis diem omnipotens Deus morbum, quem caducum appellant, in eodem loco ipsum de uote in uocantibus curare prohibetur.

Scriptit autem idem abbas Reinhardus sanctissimus, quadam praefacienda opuscula, quibus ingenii sui praestantiam & presentibus & posteris ostendit. E quibus precipitate rur commentaria in Ezechielem prophetam, in Esaiam prophetam, in Psalmos, in epistolas Pauli Apostoli, opus quoque metricum in lob, & quadam alia qua modo milia ad memoriam non veniunt.

His temporibus venerabilis abbas Gebhardus compatiens laboribus fratrum, in hauriendo aquam de flumine, habito cum expertissimis architectis consilio, per occultos meatus subterraneos aqueductum impensis non modicis construendo fecit, & in omnes coenobij officinas aqua copiam introduxit.

M X C V I I.

Henricus rex confituitur,
Anno Gebhardi abbatis 6, qui fuit dominicae nativitatis 1097, Henricus Imperator 4, in die sancto epiphaniae Domini filium suum iuniorum Henricum Aquilagranum regem fecit, Conrado maiore filio quem prius coronari fecerat reprobato. Et nisi ipse Conradus immatura morte praeuentus ante patrem obiisset, ad imperium Henricus 3, pertinere non potuisset.

M X C V I I I.

Anno sequenti Ruthardus archiepiscopus Moguntinus, qui regi Henrico conmunicato satire noluit, eius gratiam amiserit, & in Thuringiam secedes per annos aliquos ibidem quasi in exilio positus durauit. Circa haec tempora ordo Cisterciensis excepit primū eiusdem coenobium in Cistercio hoc ipso anno fundatum est, qui successu tempora valde crevit, & tam numero quam diutinis mirabiliter auctus fuit, de cuius exordio & profectu multa hinc inde scripta inueniuntur.

Circa haec etiam tempora non longe a Wormacia multis diebus & noctibus magna multitudo armatorum equitum & pedum apparuit tanquam ad placiti colloquium seu bellum praecessura, & nunc hue, nunc illuc, quasi per turmas discurrentes citadnam horam noctis ad vicinum montem, ex quo prodire conuenerant, reuertebantur.

Tandem nocte quadam monachus quidam Limpurgensis coenobij non procul monte distantis, de quo exire solebant, a sumbris secum quibusdam alijs, ad locum mortis accessit: muniensque se signaculo sanctæ crucis, exentes de monte qui essent, per vertutem sanctæ & individuæ trinitatis, ut dicerent, fortiter adiurauit. Cui unus ex turmam spondit: Nos sumus sancti homines, nec militum viuentia turba, sed anime hominum quondam in mundo principi terrenorum militantium, non ante multos annos in hoc loco interficiorum. Armatus & equi, que nobis dum viueremus instrumenta erant peccati, etiam nunc post mortem in nos sunt quædam indicia tormenti. Omne quod iam cernitis circa nos, totum igitur est nobis, quædam vox enim nostru[m] minime videatur. Cumq[ue], monachus utru[m] iuuari ab hominibus posset inquireret, spiritus respondit, letumis & orationibus & maxime oblatione corporis & sanguinis Christi adiuuari possumus & rogamus. His dictis, omnis illa multitudine spirituum quasi una voce clamabat tria vice: Orate pro nobis, Orate pro nobis, Orate pro nobis. Mox omnes in ignem relata vividebantur, sed & mons ipse quasi arderet, ignem & maximum fragorem arborum & strepitum emisit.

M X C I X.

His etiam temporibus monasterium Burkeldense in Saxonia Moguntinensis consecratis in honorem sanctorum Thomæ apostoli & Nicolai episcopi fundatum & constitutum est per Henricum comitem de Northeim & Gertrudem eius legitimam uxorem, anno Gebhardi abbatis 8, qui fuit dominicae nativitatis 1099. Mortalitas in Germania magna fuit.

Eodem

Eodem anno Conradus Traiectensis episcopus 8. cal. Maij., post missarum celebra-
tionem, in sua domo procumbens in orationibus, à quodam Frisio crudeliter interfec-
tus.

*Conradus
episcopus
Traiecten-
sis occidi-
causa occi-
sionis.*

Cuius intersectionis ista fuit occasio. Cum idem episcopus in quadam parte ciuitatis paludinosa, monasterium canonicorum edificare decreuerit, & propter lutosum situm ponere fundamenta nequiusset, adfuit inter alios Frisius quidam latomus petitissimus, nomine Ploberus, qui sub interpolatione capituli ecclesiam se quadam arte occulta, ad voluntatem episcopi construere posse in eodem loco, promisit.

Sed cum immoderata super his postularet pecuniam, Episcopus dissimulato proposito, largis muniberibus filium ipsius Ploberi circumuenit, & areatum huius artis discens ab eo, mox inchoat ecclesiam sine vltori magisterio perficit. Quamobrem idem Fri-
sius magnam aduersus episcopum inuidiam concipiens, quod suo videtur per eum de-
raudatus lucro, deinceps occidere cum cogitauit, quod & crudelissime perficit. Conra-
do igitur episcopo in perfecto & sepulto, Burchardus in episcopatu Traiectensis vir pius atque deuotus successit.

Eodem quoq; anno obiit Hermannus archiepiscopus Coloniensis, cui Fridericus suc-
cessit. Iste archiepiscopus Fridericus monasterii sanctimonialium in insula Rheni, quæ dici-
tur Roladi, non longe ab oppido Bonnensi de novo cōstruxit, in quo moniales nostri or-
dinis posuit. Castrum quoque vicinum Rolandseck, & aliud quod in altissimo situm non
procul à Bonna Wolkenberg diūum est, vna cum ciuitate Andernacensi, & prepositura
quadam ordinis nostri S. Apollinaris iuxta Reimagen abbati Segenbergenim immediate
subiecta proprijs edificauit impensis. Conradus etiam episcopus Eistetensis hoc ipso anno
moritur, pro quo alter eiusdem nominis Conradus ordinatur.

Vrbanus quoque papa secundus, monachus quondam ordinis nostri, hoc ipso anno
mortuus est. Iste papa Vrbanus 2. anno pontificatus sui 7. ad instantiam venerabilis abba-
tis Gebhardi priuilegium Gregorij pape 7. B. Wilhelmo abbatи & monasterio suo Hir-
sangensi gratiose collatum, cum pleniori gratia robortando confirmavit. Cuius bullæ
tenor sequitur, & est talis: *Vrbanus episcopus seruus seruorum Dei, dilecto filio Gebardo monasterio Hir-
sangensi abbatи, eiusque successoribus regulariter subtilitatem in perpetuum.* Cum vniuersis
suis ecclesiæ filiis pro Apostolice sedis auctoritate ac benevolentia debitores existamus, illis tamen lo-
ci atque personis que specialiter & familiarius Romane adherent ecclesiæ, queque ampliori religionis
gratia emerent, propensioni nos conuenit charitatis studio immittere. Vnde nos beatæ memorie præde-
cessoris nostri Gregori informam sequentes, eadē tibi usque legitimis successoribus, que ipse
præcessori suo Wilhelmo & eide monasterio precibus Adelberti comitis concessi & confirmavi. Quia
eterna retributionis amore successus, in prædio suo quod dicitur Hirsangia monasterium à progenitorib;
suis antiquitus constructum, nuper amissâ restituens venustrę reparauit, & in ejus fratribus in libo Deo ser-
vientium pluribus possessionibus & redditibus ampliavit. Quam sue libertatis institutionem, ne in
posteriorum villa peruerferum hominum audacia minuere aut violare presumat, Apostolice auctoritatis
priuilegio muniri & sancta Romane ecclesiæ tutitione robortari postulauit. Quamobrem presatum mon-
sterium sub Apostolice sedis tutela ac protectione specialiter amplectentes, per praesentis prærogativi pa-
guia statutum, ut quecumq; hodie idem canonib; iuste possidet, sive in futurum concessione pontifi-
cum, libertate principum, vel oblatione fideliū, iuste atque canonice poterit adipisci, firma tibi usq;
successoribus & illibata permaneant. In quibus hec nominatim designanda duximus: cellulas S. Grego-
ry, que dicitur Richenbach: & S. Martini, que dicitur Vischbachona: & prædiū quod dicitur Gilstein, *Richenbach:
Vischba-
chona.*
quod datus est pro cella S. Petri que dicitur Wilheim: consituentes, ne vel tu fili clarissime Gebharde,
vel quilibet iurum presatas cellulas desfruere, vel ea que illis iam concessa sunt, seu cocedentur, temere Gilstein
& violenter presamatis immittere. Præterea decernimus, ut nulli omnino hominū licet idem cano-
biū temere perturbare, vel eius possessiones conferre, minuere, vel temeris vexationibus fatigare, sed o-
mnia integra conseruentur eorum pro quorum sustentatione ac gubernatione concessa sunt ejus ibi o-
mnino profutura.

Constitutionis quoque immunitatis & libertatis modos, quos prefatus comes illiſſiſis Adelbert, *Priuilegium
Regale alle-
gatur;*
scripto sue traditionis inseruit, & regio sigillo imprimi curauit, ad posteritatis cautelā & arcendos infi-
stantū impetus, diligenter flatimur, ut nec de permisso quidlibet negligatur, nec de vetitis quidlibet
presumatur. Obeunme vero te nūc eius loci abbate, vel suorū quolibet successorū, nullus ibi quilibet sub-
suptoris assit, vel violentia preponatur, nisi que fratres communī consensu, vel fratrī pars consilii fa-
moris, secundam Deum & B. Benedicti regulam elogerint. Consecrationes altarium sue basilicarum;
ordinationes quoque clericorum, oleum sanctum, & cetera ad episcopale officiū pertinentia, ab episcopo
Spirensi, in cuius eis diœcesi, accepit: si tamen catholicus fuerit, & communionem Apostoli-

et sedis habuerit, & si ea gratis & sine simonia et prauitate impendere voluerit. Alias vero licet ratione catholicum quem voluerit adire episcopum, & ab eo consecrationum sacramenta accipere, qui apostolica fuitus auctoritate, que postulatur indulget. Aduocatum vero sine protectorem vobis Codicidam prefati comitis Adelberti filium institutum, si hunc modi Deo praestante fuerit, ut ecclesia & servus Dei honorum debitum exhibeat, & pradiici monasterii utilis & studiosus defensor fuerit. Sin autem in vestra sit potestate eligere vestre ecclesie idoneum protectorem, qui sine lucri secularis exactione, id diuina seruitutis obsequium strenue ac reverenter exhibeat. Vos igitur filii, in Christo charissimi, oportegularis discipline institutionibus sollicitius ac deo iustius infudare, ut quanto estis a tumultibus secularibus liberi, tanto studiosius placere Deo, totius mentis & anime & virtutibus anhelitus. Precepit studentes Romanae ecclesie decreta veneranda scrinare, cuius patrocinio ab omni Hugo viuentium annuentes Deumino premurunt.

Aureus
nummus
ad cam-
ram Pape.

Ad iudicium autem precepta huius à Romana ecclesia libertatis, per annos singulos Bizantium aureu Lateranensis palatio persoluetis. Sane si quis in crastinū archiepiscopus, aut episcopus, Imperator aut rex, comes aut vice comes, index aut persona quelibet magna vel parva, huic nostris privilegiis paginas sciens contra eā temere venire tentauerit, & eorū que coessa sunt vel statuta quicquā irruerint fecerit, secundo tertio eō moritus, si non satisfactioē congrua emendauerit, eterno se cinnodatum anathemate, & a corpore Christi & ecclesia auctoritate potestatis apostolice segregatum cognoscat. Conseruans bus autem pacem à Deo & misericordia presentibus & futuri seculis conservet. Amen. Datum Placentia, per manum Ioannis sancte Romanae ecclesie diaconi cardinalis, 8. idus Martij, iudicione, anno dominica incarnationis millesimo nonagesimo quinto, pontificatus autem domini Urbani papa secundi, anno septimo.

Acta sunt hæc sub abbate venerabili Gebhardo, anno eius 4. qui facile quod voluit à summo Pontifice obtinere potuit, cui ante & notus & singulariter dilectus fuit. Nec enim latere papam potuit, quam bene cum Romana sentient ecclesia fratres Hirsaugienses, qui usque ad periculum mortis & destructionis ipsius loci, excommunicato regi contradicentes, pro Romanae libertate ecclesiæ constantissime semper steterunt.

Abbas Geb-
hardus us-
tus erat Pa-
pa.

Bulla Papa.

Abbas autem Gebhardus cum adhuc prior esset claustralium, ad papam à sancto Wilhelmo missus, sicut supra diximus, eius & notitiam & familiaritatem fuerat concolor. Dedit autem & aliud priuilegium monasterio Hirsaugiensi venerabilis ille papa Urbanus, maioris exemptionis libertatis & quietis, quod cum sit satis notabile, de verbo ad verbū illud huic operi duximus inserendum.

Copia alte-
rum & ma-
gno priuile-
gio.

Negligentia
notarii ep-
soparum.

Monasteria
hoc secorum
posteriori
non destruunt,
magis omittunt
pro humana
zerecundia, quam
pro Deo. De re
servis gra-
men parentum
eleemosynas
tantum seruitij
secularis exigit, ut
nulla digna sit sollicitudo de illo jen-
de.

Quaedam
episcopi fa-
tribus ele-
ctione pra-
terit, nec alium ordinaret, quam quem ipse principie voluit, voluntate fratrum omnino postpopulo or-
dinato antem de cetero & ipse imperavit quasi tributariorum suo, & quasi ad hoc solum constituto, et scolariter serviret. Nam & illa pestis maligissima scilicet heres simoniacæ, cum auctore suo diabolus
circuit terram & perambulat eam, ut nulla sit ecclesia que securus esse queat de eius violentia & ini-
stione. Præpter quæ singula quam dominus dispensatio de mediocritate nostra ita ordinaverit, et fra-
ternorum Dei esse debeamus: non enim dignum, nos omittere vel negligere, si quid solatis & suffragi cur-
trato belli incursiones misericordia Christi dederit, ut eisdem dominis nostris conferre valentem.

Hirsaugia.
Quædam
vocabulum
est in lingua Teutonica Hirsaune, quod cum deuenisset iure hereditario in potestatu
& possessionem nobilissimi comitis Adelberti & coniugis Wiltrudis, non eis videbatur confidere, sed
monasteriu ad fiduciem animarum corum, sita in ipsorum manu retinerent, et eis relictum erat a parentibus suis
liberta. Fuit ergo primiuus bona voluntatis eorum labor & fructus, quod pro canoniciis ibidem prius deg-
nitionis, introducata & ordinata via monachorum. Quo premisso, noluerunt quoque, et de religi-
bus esse heres eiusdem monasterii, quam beatus Petrus & ecclesia Romana. Beato Petri delegatus
& in proprium confirmatum, eorum deuotione & oblatione, filii quoque suis annuentibus & laude-
bantur.

Et quoddam monasterium in pago Spirensi, & in sylva que vocatur Nigra, ipsius quem nobis
et posse fuisse nobilissimi comitis Adelberti & coniugis Wiltrudis, non eis videbatur confidere, sed
monasteriu ad fiduciem animarum corum, sita in ipsorum manu retinerent, et eis relictum erat a parentibus suis
liberta. Fuit ergo primiuus bona voluntatis eorum labor & fructus, quod pro canoniciis ibidem prius deg-
nitionis, introducata & ordinata via monachorum. Quo premisso, noluerunt quoque, et de religi-
bus esse heres eiusdem monasterii, quam beatus Petrus & ecclesia Romana. Beato Petri delegatus
& in proprium confirmatum, eorum deuotione & oblatione, filii quoque suis annuentibus & laude-
bantur.

tibus. Et ita ut annuatim unum aureum ad sedem Apostolicam tribuat pro censu, nullique alij mortaliū cuiuscunq; rei tertiē sit obnoxium. Et nunc quid supereft, ut à nobis addatur & finiatur? Maxime de constitudo abbate, & de advocate vel defensore loci.

Hirsugia
Romane ec-
clesie eff-
subiecta.

Quoiescunque igitur contigerit, vt abbas sit ordinandus: ad eius electionem nolumus, & omnino interdicimus, ullam personam interesse prater monachos, & eos solum; qui ad titulum monasterij obedientiam sunt profecti. Quem ipse elegerint, accipiat virginem pastoralem ab aliquo de prioribus fratris, nec villa potest, ad hoc ecclesiastica vel secularis expectatur. Postquam habuerit investituram officii, mittatur ex parte congregationis ad quemcumq; potissimum videatur episcoporum, & vt pro charitate veniat, & vt moris est abbatem benedicat. De ceteris statribus ordinandis ad quemlibet ordinem huius generis, ut est presbyterium, vel diaconatus, siat quod magis fuerit oportunum, vt vel in ipso monasterio ordinetur, vel ad episcopum absentem & ordines alibi facientem dirigantur. Propter quod confratres nostros & coepiscopos, maxime quotquot sunt in Germania, omnes pariter appellamus, & enixius omnes obscuramus, ut huic nostro decreto fauere & annuere non dediguntur.

Negatur
confirmatio
episcopi.

Et siens non erat indignum in ipso textu ordinationis sue Apostolicae sedis & ecclesiae Romanae obediens profiteri, monemus, rogamus, aut (si hoc magis volent) ex autoritate sedis Apostolicae precepimus, ut quidquid latuinus ad hoc, quantum in ipsius est, aliquo modo inobedientes esse non presuamant. Si quis eorum rogatus fuerit, ut ad benedictionem abbatis veniat, venire non obmittat, si pre vacabundine possit, vel qualibet alia huiusmodi necessitate non impediens. Item sirogatus fuerit pro alijs ordinibus ecclesiasticis facieris, in hoc quoq; pro voto fratrum morem gerere non omittat. Non curerit, si quis a sensu fuerit, praeceptum nostrum calumniari & contradicere quasi nonum sit, & illuc quenquam locorum, ita esse absolutum ab episcopali subiecione. Nam id ipsum de quantis locis faciū est ab antecessoribus nostris, & in promptu est, se expedire, & non longum esset plerumq; hinc modi nominare. Recolat quid responderit ille pater inelytus sanctus Epiphanius Cyprorum episcopus Constantiopolitano episcopo loannis, qui quum calumnias esset, quod in parochia ab ipso sua licentia ordines fecisset, fatebatur se verbum non in parochia, sed in monasterio factum. Quo verbo innuerat, aliud ius esse parochiarum, aliud monasteriorum, aliud ius eorum qui nubent & nubentur, aliud qui seipso propter regnum Dei castauerunt. De quibus adhuc manifestius testatur Apostolus, nequamq; esse sub lege eos, qui spiritu ducentur. Quae sententia, si de omnibus est universalis, quanto magis de illis, quibus quadam speciali de cotionis praerogativa Deo seruire conuenit.

Exemptio
ex nobis mi-
nistratur.

30 Nam quos in prefato loco specialis gratia contraxit, ut mereantur verisimili esse promissionis, & ad promissionis terrā vere pertinere: decreuerunt etiam modo, pro antiqua patrum disciplina Christi. Nullus in militare, ita ut nullum patientur habere commilitonem etatis infirmioris, quam ut olim & ipse quidam, qui est verbum, cum patribus loquebatur a vice anno & supra. Si qui sunt iuniores, hi nimis ut in collegio suo vidicantur admixiti pro nulla personarum acceptione, pro nulla crisi estimatione acquirent. Et hoc quantum faciat, quantumq; valeat ad integratorem & stabilitate religionis animaduertere possumus, & ex contrario maximo colligere cum manifeste sit habitudo huiusmodi illorum monasteriorum, in quibus non alij Deo seruunt, quā soli à pueris nutriti. Est adhuc & alia gratia, que locū iam secundum monachus fidet. Hac causa, Papa commendat, quod illuc nonnulli pro amore Christi conueniuntur, huius seruoris, huiusq; humilitatis, quā eis non tam libet haberi pro monachis, quā pro seruis monachorum, & utroq; obtulerint, & ad monasterium coquim, pistrini, & altaria humanarum necessitatium. Quod plane tanto maioris est meriti, quanto expressius illum imitantur, qui quum sit celestiu virtutum imperator, amen homo fatus, in hunc mundum venit non tam ministrari, quā ministrare. Hec singula considerantes, non dignum duximus, ut qui quandam vitē nouitatem pro Christi dilectione sunt adorati, eis etiam pro ipsis bonore plus aliquantulum quam alii Ecclesias deferatur.

Interdicio
Pape, ne-
qui ante-
vigesimum
annum hic
suscipiatur.
Nullus epi-
scopus ten-
tis sancti Petri, & ex nostra interdicimus, contradicimus, & anathematizamus. Quibus etiā si tale
rūm.
Archiepice-
piscopus post decepsum prioris est ordinandus, ad ordinationē siadetur monasterij, ut non super-
sedat interesse. Offendat ei exemplar decreti nostri & commendationis, ut probet quale fiducia de eius.

Et quia ut beatus Apostolus ait, plures sunt sacerdotes, eo q; morte prohibentur permanere: quoties Archiepiscopus post decepsum prioris est ordinandus, ad ordinationē siadetur monasterij, ut non super-
sedat interesse. Offendat ei exemplar decreti nostri & commendationis, ut probet quale fiducia de eius.

suffragio in suis iurum possit habere. Et quia Archiepiscopus ad sedem Apostolicam maxime pro angens si pallio est missurus, si rogauerit Abbatem, ut sit pro huic modi legatarius eius, & dederit omnia que legatus archiepiscopi ad viam sunt necessaria, laudamus ut ire non recusat. Ad rem namque facit, si hoc officio in eum a magistris familiaribus fædaretur: quum & à nobis, non iniuria, magis obtineat filius & dominicus, quam qui non fuerit ita privilegiatus. Item quoties ordinandus est Spirensis Episcopus, expedit, si & ibi non neglexerit adesse, & prius quam ordinetur, commoneat Archiepiscopum, ut eius quoque huic decreto nostro querat assensum. Aut si aliud quid voluerit, videat Archiepiscopus quid suam pro commendatis suis: & si opus erit, ad notitiam nostram, vel successoris nostri, respondeat.

At si Deus eidem Episcopo hunc spiritum donauerit, ut non inuitus faciat humilibum Christum: tunc & illum, ne hic sine honore dissimilesse videamur: preceptimus, ut in conuentu fratrum, pro episcopo legatur in quolibet die priuato, dicatur pro eo Psalmus nonagesimus nonus, in omni vita sua. Post vitam vero, & conuentu, pro ipso & pro suis, ab hac die & deinceps antecessoribus, quotquot praesenti precepto non sunt aduersari, agatur in omni serua secunda, priuata Missa defunctorum. Quod scire potest, ad compendium anima pro episcopo suis magis expedire, quam si posset in monasterio per omnia pro voto suo dominari. Aduocatum est ipsi Spirensib. Imperatorem Romanorum, qui & noster aduocatus est, praescimus. Propter multiplices tamq. eius caras & dispositiones regni, licet Abbati & fratribus de familia de Calvne eligere, sed non invenimus fuerit, qui non lucrari causa, vel pro necessitate sua, sed pro remedio anime sua & parentium suorum, locum saxe diu lumen velut defendere. Si autem alias, undeunque liber, licet alium elegere, quem etiam vocatus in presentiam Abbatis & fratrum, iuret in sacramento cum familiaribus suis, quod contra priuilegia Ecclesie non veniat. Sic adductus in presentiam domini Imperatoris, simul mœsi confermet. Non solum autem super cellam maiorem licet Abbati subaduocatum constitutere, sed pro singula predia & cellulas suas: ubi nihil etiam sibi turis a Prioribus illuc constitutis, in beneficio prouidentia, vel etiam ecclesiæ inuestiendis subrabitur. Aduocato autem sic constituto, non licet intra voluntatem Abbatis subaduocatum vel causidicum per predia monasterij disponere, sed omnibus libata secundum priuilegia custodiare. Si autem non ut defensor, sed potius ut calumnias & perniciencias rerum sibi commissarum extiterit, nostro banno excommunicatum omnino, habeat Abbatis postea tem hunc reprobare, & alium sibi utiliorem undecung, placuerit, auxilio etiam Imperatoris finiescetur, eidem monasterio prouidere.

Hoc priuilegium venerabilis Abbas Gebhardus, consilio fratrum induitus, ab ipso summo Pontifice Urbano secundo, propria cum in persona accedens, favorabilitate quisivit, & Ruthardo Archiepiscopo Moguntino, in suam personam, quantum ad ipsum pertinebat consentiente, ad ultimum & practicam perduxit.

Porro hoc statutum cuius in bulla fit mentio, ut in monasteriis membrum nullus ante vigesimum annum completerum suscipietur, Sanctus pater Wilhelmus incipiens cum consilio fratrum: sciens profecto regularis disciplinæ obseruantiam, non pauci, sed viris fortibus esse tolerabilem. Nam sicuti hodie videmus in omnibus locis, ubi pauci ad religionem admittuntur, aut parua, aut nulla vigeat monasticae integratitatis obseruantia. Meruentes ergo viti huius cenobij præstissimi fratres, ne successu temporis haec sancta institutio qualibet occasione periret, prudenti consilio vti, sedis Apostolica approbatione confirmandam obtulerunt.

Laudabilis vita monachorum Hirsaugensium. Fuerunt enim temporibus istis, in monasterio isto, sub Gebhardo venerabili Abate, & numero & sapientia magni viri, qui ordinem nostrum, sicut astra ecclie clarissimam, iustabant: quorum plerique ante ingressum religionis, magni & nominis & honoris in seculo extiterunt. Summa inter eos charitas eo tempore vigebat, tantaque obseruantia regularis disciplinæ in Hirsaugia cumulata cernebatur, ut omnium sententia hominum confirmaret, maiorem puritatem monasticae institutionis nunquam in Germania vel viam eatenus vel andiram. Magni siquidem nominis, laudis & honoris Hirsaugia in ore omnium fuit, & monachi huius cenobij vere Dei terru in vniuersitate laudabantur.

Dottissimi & nobilissimi monachis sunt huius cenobii. Multi inter eos in omni scientia scripturarum fuere doctissimi, multi quoque nobilitate generis præcipui, complures extiterant ante conuersationem in Cathedralibus aliquisque diuersis ecclesijs, magni nominis prælati: qui tamen postquam ad ordinem sunt conuersi, tanta se in medio pauperum humilitate pro Christi amore deiecerunt, ac si cunctis vitiis sua diebus idiotæ, rusticorum famuli, seu mendici, in mundo miserabiles constitissent.

Plures etiam solitariae usumsumyerunt. Ex his nonnulli post ordinis disciplinam, ad vnguem (ut vulgo dicitur) imbibitam, ob mentis tranquillitatem, in summa diuinorum contemplatione conseruandam,

cam maxime pō
derit omnia que
officio in eius a-
iliis & dome-
piscopos, expedit,
vi eius quoque
copus quid facia
res utique perne-
humilium Chri-
stentu fratribus in
st vitam veritatis
on sunt adver-
pendum amissi
Aduocatum in
multiplices tunc
ere, si domum
& parentum su-
alium eligere, qui
ribus suis, qui
toris, simili modo
confititare, sed pa-
r, in beneficis pr-
ato, non licet uti
ere, sed omniab-
misiator & pen-
nit Abbas potest
operatoris (finis)
aductus, ab ipso
auorabilitate
antum adipsum
embrum nullus
latus incepit
m, non poter-
t, locis, vbi pueri
ritatis obser-
tum pons haec
tolica approba-
erabilis Abbi-
cili clarissimam
ominis & hono-
stantaque obser-
m sententia ho-
inquam in Ger-
s & honoris hie-
naueria terra la-
ulti quoque no-
n Cathedralibus
ad ordinem sunt
eiecerunt, ac fi-
o miserabilescen-
tit) imbibitam,
conseruandam,
cum

*Nonnulli
miraculis
claruerunt.
Sanctissima
fuit conser-
ratio mona-
chorum in
Hierosolima*

licentia & benedictione venerandi pastoris ad vicinae solitudinis eternū secedentes, ve-
terū anachoritarū propositum imitantes, omnia istius mundi solatia pro regni cœlestis a-
more contempserunt. Hoc arduæ conuersationis institutum, non paſſim quibuslibet subi-
re liebat, sed illis duntaxat quos viṭe transacte sanctimonia sub omniū testimonio fratru, I
cum profectiore aetate simul & bellandi contra diabolum experientia cōmendasset. Legi-
mus, horū non nullos post mortē quoq; non caruisse miraculis, quibus visio etiam angelici
cacontulit authoritatē. Enimvero tam sancta fuit his temporibus vita monachorū Hir-
saugieniū, ut nullos in sui consortium nisi sanctos admittent: vel certe susceptos, durius
probantes ad regulā sanctificarent. Nullus inter eos, nisi bonus, & Deum in veritate qua-
rens, subsistere potuit: ybi toti improbitatis sua durissimos necessario sustinuerit censores,
quot in cœnobio monachos inuenisset. Omniū namq; hoc summū desiderium & maxi-
mum fuit, Deū in veritate querere, & cum contemptis trāitorijs super omnia amare. Er-
go quum omnes viuius atque eiusdem efflent propositi, alterius inter se voluntatis homi-
nem nulla poterant ratione sustinere. Sed nunc tandem oportune ad aliquantulum in-
termissem historiam calamum reuocemus.

Vrbano igitur Pontifice mortuo (sicut prædiximus) anno Gebhardi octavo, Domini
autem milleſimo nonagesimo nono, in pontificatu electione primum successit Rein- Pascalis
Papae ſtri-
ordinis ſu-
ſtis.
herus abbas ordinis nostri, qui dictus est Pascalis secundus, Italus natus, vir deuotus & cō-
ſtantis, quique ecclesiam Romanam lapientia & industria constanter de prauorum tyran-
nide liberavit. Sedit annis octodecim, mensibus quinque, & diebus septem. Erat au-
tem ex nobilibus Romanis oriundus, sanctæ conuersationis & boni testimonij, qui ex
Abbate & Cardinale sancti Clementis tam designatione Vrbani papa iam in extre-
mis constituti, quam sanctorum revelationibus vnanimi consensu omnium electus
fuit.

M.C.

Anno autem Gebhardi abbatis nono, qui fuit dominice nativitatis millesimus e-
ccl̄esimus, Wigbertus Rauenatus apostolicæ sedis inuasor, mortuus est, vir utique ingenio,
facundia, nobilitate, personæque reverentia clarus, nec Roma tunc, nec Rauenna bene v- Wigbertus
ante papam
obit.
sus: & qui supervnum papam viuentem (quamvis coactus est, vt aiunt) ascendit, ipse sibi
metres alternatim succedentes superuixit, extorris utraque fede, Romana videlicet, &

Rauenna.

Quidam ex fautoribus eius ad sepulchrum diuina micuisse lumina in populo te-
stabuntur. Quapropter summus Pontifex Pascalis iam dictus, zelo Dei inflammatuſ, iufi-
ſit ut effoderetur, & in Tyberim iactaretur: quod & factum est.

Eodem anno obiit Godfridus rex Hierusalem, cui frater suus Baldeuinus, electione
populi in regno succedere coactus est.

Obiit etiam episcopus Otto Argentinensis.

M.C.I.

Anno sequente obiit Hartvicus archiepiscopus Magdeburgensis, qui alio nomine
Vodocius est, morte subitanea: de quo circum fertur illa terribilis sententia diſtriicti iudi- Godfridus
rex obit.
Baldeuinu-
sus succes-
sus.
Vodocis epi-
scopi Mag-
deburgen-
sis mori hor-
renda.
cis Iesu Christi, qui in ecclesia præfata Magdeburgensi Graece Parthenopolis dicta, id est
cuitas virginis, ante summum altare cum multitudine Sanctorum adfedis, per quendam
deuotum canonicum viuis est nocte illa, in qua & mortuus mane inueniebatur episcopus;
sententia in eum decollationis protulisse. Haec historia, quia satis nota est, latioribus
verbis à nobis non venit inserenda.

Eodem anno moritur in Italia Conradus rex, filius Henrici Imperatoris, de quo su-
perius mentionem fecimus, & in Florentia sepelitur.

Obiit etiam Rupertus episcopus Bambergensis, pro quo constitutus est Otto mo- Otto ex mo-
nachis obiit
epi-
scopus Bam-
bergensis.
nachus cœnobij Montis monachorum, extra muros eiusdem urbis, ordinis nostri vir san-
ctissime conuersationis, qui multis in vita & post mortem signis & miraculis claruit. Fuit

autem in ordine episcoporum eiusdem parochie octauus, & ecclesiam sibi diuinitus cō-
missam verbo & exemplo strenue gubernauit. Eius vita sanctissima, luculento sermone
conscripta habetur, cuius festum pridie calendas Octobris peragitur. Sepultus ante sum-
mum altare præfati monasterij sancti Michaelis, in quo monachus exitit.

Iste beatissimus præfus, inter cetera pietatis sua studia construxit de patrimonio suo, Monasterij
Vrauus con-
ſtructur.
quia filius comitis erat potentissimi, monasteriū quoddā ordinis nostri in dioceſi Herbi-
polensi, quod Vraugia dicitur, in honorem Sancti Laurentij martyris, quod prædijs & po- Eckhardus
tronus ab-
bas in Vr-
auus, ut de-
ſiffimat.
fessionibus ad sustentationem monachorum magnifice dotauit. Primus abbas hiūus cœnobij Vraugiensis, à sancto Ottone constituti, fuit Eckhardus, venerabilis mona-

chus sepe dicti monasterij Montis monachorum, vir tam in diuinis scripturis quam in secularibus literis doctissimus, Rhetor & Poeta insignis, nec minus conuersatione quam scientia clarus. Qui inter cetera ingehij sui opuscula, scriptis ad imitationem Boethii & predecessoris illius Martiani Capella, pro monachorū cōfolatione gemino stylo pulcherrimum volumen, quinq; distinctum libellis, quod Laternam monachorum pranotavit. Breuem quoque historiam rerum gestarum sui temporis comportauit, quam in prefato monasterio aliquando vidimus. Sepultus est in eiusdem monasterij ecclesiae medio, non sine opinione sanctitatis.

Bruno fuit archiepiscopus Treveri. Eodem anno moritur Egilbertus, archiepiscopus Treuirorū septuagesimus nonus, ecclesia sua reparator magnificus, & in pauperes largissimus. Cui in archiepiscopatu*m.* cessit Bruno, natus ex Franconia, quæ antiquitus dicebatur Francia Orientalis, Arnoldi comitis & Adelheidis comitissæ filius: & in Moguntia, idibus Ianuarii, consecratus est. Ille Bruno archiepiscopus monasterij sancti Eucharii iuxta Treuerim nostri ordinis, q; modo sancti Mathiae dicitur, nimia vetustate pene collapsum, mirifico tabulatu lapideo reparauit ex fundamentis nouum. In qua reparatione corpus sancti Mathiae Apostoli reperatum fuit, & extunc eiusdem Apostoli nomen, eidē cœnobio usq; in præsentē diem remāst. Nam antea ad sanctū Eucharium vocatum fuit. Idem quoq; Archiepiscopus aliud monasteriū Ordinis nostri de novo construxit, in diœcesi Spirensi, in pago qui dicitur Creichgau, in comitatu Bredheim, iuxta villā Odenheim in loco Wigoldesberg, q; communī vocabulo Odenheim appellatur, anno pontificatus sui 21. Sic ut ex litera fundationis eiusdem ecclesiæ bij per Henricū Imperatorem quartū huius nominis, anno Domini millesimo cœstimo vigesimosecundo, indictione 15. tertio nonas Martij, apud Nuhufen da plenus continetur. Quam fundationē Paschalis papa secundus confirmauit sub priuilegio annuiceensus aurei Bizantij. Construxit autem hoc monasterium in hæreditate paterna, fratre suo Poppone comite consentiente & adiuuante, & sancto Petro Apostolorū principi & sacrae ecclesiae Romanæ, in perpetuum tradidit possidendum. Multas etiam alias ecclesias & monasteria reparauit.

M C I L.

Anno Gebhardi abbatis 11, qui fuit dominicæ nativitatis 1102, papa Paschalis millesimum episcoporum & abbatum concilium Romæ congregat, circa medium quadragesimæ, vbi præter antiqua patrum statuta reuenerenter solito more confirmata, etiam illius temporis schisma inter præcipuas hæreses computatur, perpetuo cum suis authoribus & sequacibus anathemate condemnatur.

Negligentia Gebhardi abbatis. His temporibus abbas Gebhardus cœpit paulatim modice remissius agere, maxime in exhibenda pauperibus eleemosyna constituta. Fuit enim à sancto patre Wilhelmo cōmuni fratrū consilio statutū, vt aliqui ex fratribus laicis ad conuersiōnē venientes, in domo pauperū sub habitu seculari pauperib; deseruirent, vietū suum & amictū, non de anno pauperū, sed de cōmuni fratrū cellario vestarioq; recipientes. Hoc statutū Gebhardus abbas immutauit, iubens vt leruitores pauperū, vita sua necessaria non aliunde q; eleemosyna ipsa recipieren. Exqua occasione, proutiōne pauperis diminuta res dolens contigit, vt peregrinis egenisq; solita derraheretur misericordia, in tantum q; per gelida noctes hyemis hospitiū exclusi p̄r fame & frigore miserabilis clamore inplatea perseverent & fratres in dormitorio iacentes sibi inquietarēt. Super hæc & his similia cum abbas s̄p̄ius à senioribus admonitus nihil penitus emendarer, senior quidā sanctæ confectionis monachus, vidit se quadam nocte dominicæ ascensionis p̄r visum gloria intonit sanctorū, vbi inter ceteros sanctū abbatem Wilhelμum quondam sibi familiarissimum, nūcio aspectu habituq; fulgentem recognouit, stantem inter duos splendidissimos pontifices, quorum alter erat sanctus Conradus episcopus Constantiensis, & sanctus Vdaliscus Augustensis alter.

S. Wilhelmus mandat Gebhardo. Er post multos sermones inuicē habitos, sanctus Wilhelμus ad monachū ista vide tem dixit. Ex parte summa maiestatis Dei præcipio tibi, vt dicas abbatū, priori, ceterisq; fratribus Hirsaugiæ, quatenus secundū q; à nobis acceperunt, egenis & hospitib; cum omni charitatis affectu seruant, mores & vitā suam secundū regulā sancti Benedicti corrigant. Ante omnia, irā, odium, indignationē & detractionē, qui bus assidue Deū offendit cum omni malitia abiicientes sinceram & continuam dilectionem ad inuicem custodiāt, quod nisi obseruent diuinam proculdubio vltionem se experturos sciant.

His dictis reliquo eo cū quo loquebatur abbas Wilhelμus cum ceteris, altiora quidam coeli secreta petiuit. Ille vero senior, cui hæc reuelata fuerant, cum p̄ se non audiebat,

CHRONICA IO. TRITHEMII.

101

audieret, per alium quendam seniorem abbati cuncta intimauit. Qui pristinam quidē ab
batis Wilhelmi constitutionem de elemosyna pauperum seruari iussit.

Vindicta
Dei contra
abbatem
Gebhardum.

Catera cum quibus monasterium perturbauerat, incorrecta dimisit. Quapropter secundum predictam comminationem sancti patris Wilhelmi, fere ei nihil deinceps prosperum successit. Na post annos paucos monasterij regimine exutus & pontificali insula apud Spirā indurus, omniū aduerum se odia ineptis moribus cōcitauit, & nō longe postea misericordi infirmitate cōsumpt⁹ est mortuus, sicuti postea dicemus. His temporibus iuuenis quidam nobilis, possessiones monasterij in Villa Almendingen ē quodā Winthero cōuerso, quondam sub abbate Wilhelmo in hoc cōenobio legitima donatione traditas, post 10 mortem vtriusque tanquam proximior heres inuadens, cum die quadam duas inde caratas vini & alia quādam abduceret, sub eiusdem hæreditatis p̄textu temerario auſu, subito vnius boum qui p̄adam trahebant, confactus est pes. Ipse quoque raptor, de equo cui insidebat, repente cecidit, & amissa loqua & viib⁹ tortis amentiam incurrit. Inde manib⁹ sublatuſ alienis, cum post aliquot dies ad mentē reuersus, flagellū Dei metueret, ad monasterium Hirsaugiensē deferri se fecit, ibi q; mutato cum mente habitu seculari, Dco fideliter te māncipauit, & post paucos annos in sancta requie fideliter obdormiuit.

In uasor pos-
sessionum
cauib⁹ a-
men⁹ offici-
atur.

Eodem anno obiit Henricus comes de Northeim, fundator monasterij Bursfelden-
sis ordinis nostri, de quo supra dictum est, & in eodem cōenobio sepe iurit. Eodem anno,
Burchardus monachus Hirsaugiensis, factus est abbas in Erfordia. idus Februario, qui sta-
tim in ipso anno fundare cœpit nouam ecclesiam sanctorum Apostolorum Petri & Pau-
li, in eodem monte.

Borsfeld.
Burchardus
abbas in Er-
fordia.

M C I I .

Anno Gebhardi abbatis duodecimo, qui fuit dominica nativitatis noꝝ. Henricus Imperator quartus, nativitatem Domini Moguntiæ celebrauit, & filio suo Henrico 5. re-
rum suarum summa cōmitrens, se Hierosolymam iturum promisit, sed non fecit. Hen-
ricus autem junior a papa Paschali Romæ Imperator consecratus est.

Henricus
Imperator
Quartus.

Anno autem Gebhardi abbatis 13. qui erat dominica nativitatis noꝝ 4. Henricus Im-
perator natale Domini Ratisponæ celebrauit.

M C I I I .

Hoc eodem anno, in episcopio Spirensi sanguis ē panibus fluxisse visus est, necnon in lenticularum edulio prodigiose repertus. Civilemo intestinum bellum portendere, secundum antiquam Romanæ historiæ similitudinem coniiciebatur.

Sanguis flu-
xus ē pan-
bus.

Hoc anno circa solsticium aestivale, cōmutato in tempestatem acre, in pago Herbi-
polensi decidisse ferrur inter grandinum lapides tātē magnitudinis glacies, ut in quatuor
diuisa partes, totidem hominibus importabilis videretur.

M C V .

Anno Gebhardi decimoquarto, dominica vero nativitatis noꝝ 5. Henricus filius Henrici Imperatoris quarti, in suo regno cœpit regnare adhuc patre viuente. Voluit autem Henricus senior Saxoniam hostili manu inuadere, propterea quod omnes Saxones 40 ut veri catholici cum ecclesiæ Romanae pontificis bene sentirent: sed non potuit, quia filius eum detestabatur, quemadmodū & cuncti fideles: quoniā excōmunicatus denunciabatur a tribus Apostolice sedis p̄stribus, Gregorio scilicet. Urbano secundo, & Paschali aque secundo. In ipsa vero expeditione qua Saxonijā moliebatur intrare, filius quādam nocte de exercitu patris cum paucis ausigit, quod cum pater intellectisset, contristatus est, expeditionem intermisit. Filius autem Sueviam petens, à Gebhardo Constantiense episcopo, sedis apostolicæ legato, à sententia excommunicationis ablōlutus est.

Henricus
Rex. Quoniam
tui patris suo
Imperatori
rebellatus.

Qui deinde consilio & auxilio Diepoldi marchionis Berengeri, comitis Ottonis potentissimi ducis omniumq; principum, episcoporum & abbatum Saxoniae, Sueviae, Ba-
varia, Franconia, ac ceterorum vicinorum adiutus, regnum prudentissime ordinare ce-
pit, & omnibus populis mirum in modum complacuit.

Henricus
Quintus
prænatus
contra pa-
trem.

In primis Ruthardū archiepiscopū Moguntiū nono anno postquā a patre in Thu-
ringiā fugatus est, proprie fedi restituit. Alios etiā plures ecclesiārū pontifices a patre pro-
pter obedientiā sedis apostolicā fugatos restituit, & eos qui per violentiā patris subinducti
fuerant, depositur. Conciliū quoq; episcoporū & abbatum generale in villa regia Northu-
sen, 4. cal. Junij, ubi super ecclesiasticā iam nimis depravatē institutionis disciplina tracta-
reū, indixit. In quo cōcio super lententijs instantib⁹ patrū decretis primo relectis quaꝝ q;
poterant, iudicabiles corrigebantur ad p̄sens, quedam quā grauiora videbantur ad a
postolicam obedientiam referuata fuit.

Ruthardus
Archiepi-
scopus Mo-
guntinus
restitutus.

Confiduum
agitur Nor-
busen.

*Mersburg.**Wirtz-
burg.**Regensburg.
concilio in-
terfuit Geb-
hardus.**Gebhardus
abbas fit e-
piscopus Spi-
rensis.**Rex Genie-
ad Spiram.**Quam o-
pinioris fu-
rit abbas.**Minoris ve-
neratione
fuit episo-
pus quam
abbas.**Mente, mo-
ribus & triv-
ita mutatus
in deterris,
& cunctis ir-
ridenter,
Canis huius
in eum de-
spectus.**Cantilenas
in eum fa-
ciebant.*

Tandem peracta synodo Henricus pentecosten celebraturus, Mersburg accepit, ibique Henricum Magdeburgensem archiepiscopum dudum designatum, sed ab imperatoribus fidelibus impic repulsum consecrari fecit. Deinde Moguntiam oblidione conclusit patre intus existente, ac postea veniens ad Herbipolum Erolongum quendam, quem Einhardo defuncto praefulge Imperator designauerat, expulit, & Rupertum eiusdem ecclesie praepositum, tam prius, quam tunc a clero & populo electum, per Ruthardum archiepiscopum Moguntinum inthronisauit. Post hac Bauarium ingressus, castrum Nurenberg partibus Imperatoris contra ecclesiam fauentium obsedit, & post menses ferme tres prospere cepit. Inde soluens exercitum Ratisponam se contulit, vbi & conuentum principum celebravit.

Huic regali colloquio vocatus Gebhardus abbas Hirsaugiensium interfuit, qui laudientia & eloquentia sua cunctos in admirationem sui pariter & amorem traxit. Contigit vero ut Ioannes episcopus Spirensis iisdem temporibus moreretur, quod Henricus rex, noster cognoscens, de consilio Ruthardi archiepiscopi Moguntinensis, Henrici Magdeburgensis, Ruperti Herbipolensis, Vdonis Hildesheimensis, Henrici Padelbornensis, Friderici Halberstadiensis, Gebhardi Constantiensis, Epponis Wormaciensis, aliorumque episcoporum & principum tunc presentium, Gebhardum venerabilem huius coenobij abbatem tunc presentem viduata Spirensi ecclesia designauit episcopum, conferens ei quoque Laurissensem nostri ordinis abbatiam in Wormaciensi parochia sitam.

M C V.

Deinde per insidias Ratisponensium, fugatus a patre, rex venit ad Spiram, quem cum thesauris patris ibidem repositis consecutus, ipsum Gebhardum cum magna solennitate in episcopum consecratum per archiepiscopum Moguntinum Ruthardum sape datum inthronizauit in die omnium sanctorum, videlicet in die calendarum Novembris, anno domini 1105. indict. 13. Romanam ecclesiam Paschali 2. regente, anno eius 6. Henrici 4. Imperatoris anno 48. Ipsius Gebhardi in abbatia Hirsaugiensi anno 14. & mensibus 4. hebdomeade una, post electionem in Ratispona factam, de sua persona hebdomabus quinque.

Ordinatus autem episcopus praeuit ecclesia Spirensi anno uno & mensibus 4. maiori semper tempore infirmus. Ante vero episcopatum quamdiu fuit abbas huius monasterii Hirsaugiensis, magni semper nominis & famae apud omnes pontifices Romanos, Cardinales, episcopos, abbates, reges, duces, comites, principes, nobiles, cives, & rusticos celeberrima fuit, atque apud universos homines abbas Hirsaugiensis vir bonus, religiosus, eruditus, sapiens & eloquentissimus habebatur, praecebatur & laudabatur cum magna gloria honoris. Vbiunque enim nomen eius inter colloquentes producebat in medium, semper admiratio virtutum eius sapientiae, prudentiae & integritatis vitae, auditorum amorem & laudes tanti viri provocabat.

Sed posteaquam relicto monasterio Hirsaugensi, quod eo tempore Spirensi ecclesia, divitijs, redditibus, fama, & honore non multum videbatur infirmus, episcopatum assumpsit, mox celebritatem nominis famaque praestantiam cum abbatia pariter amisit. Omnes cum nobilis & ignobilis, amici & inimici, domestici & extranei, contemnere, despicer & irridere cooperunt, tanquam superbum, vane gloriosum & avarum insipientemque, quippe qui monasterium insigne locumque fama celeberrima gloriosum, & filios obediens ad omnia devotos & sanctos pro episcopatu reliquisset. In maiori enim reverentia & veneratione habitus fuit abbas quam episcopus. Nam etsi genere nobilis, moribus compitus, eloquio circumspectus, dulcis, sapiens & facundus fuit abbas, tamen mos ut episcoparum assumpsit, vniuersa haec simul nescio qua ratione diuine permissionis ipsi penitus amisit, ut in moribus rusticus, sermone imperitus & in conuerlatione omnibus incepit esse onerosus. Timendum vero quod haec omnia cum carceris adversis non paucis illi propterea contigerint ordinatione divina, quod a S. patre Wilhelmo pervisione in sevioris, de qua diximus mandata, sibi emendare neglexit, quemadmodum & communiam illi fuit per eundem. Nam in cantibus vulgo iam factus episcopus mirabilis mutatione virtus est, & qui reverebantur abbarem, pontificem irriferunt. Præterea die quadam cives & mulieribus & pueris eo praesente & per fenestras vidente, & audiente in quadam loco ubi manebat chorus ducebant, & cantilenas de ipso irrisorie compostas in eius cōtumeliam cantarunt. Sed non cessit illis in bonum. Milites enim & amici his contumelias auditus in episcopum suum concurrentes, fatigatos illos subito disperserunt.

Cum primum in monasterio fratribus innotuisset, quod pater eorum spiritualis, aliquan-

quin sati-
otiri coe-
ducent, si
præde-
volentib-
dientes
ctionis tr-
pus mult-
cessario v-
ties habi-
bore frati-
dia mona-
quemad-
Interea G-
simabat:
ciorum e-
locum su-
tur & abb-
& his simi-
literas, pe-
inet mor-
nationes &
iuxta tec-

D E B

I G I T V
pro, at-
laborante
ab illo qu-
Urbani pa-
fuit dies fa-
sciuista co-
chum ven-
vota sua a-
minus ad
fine perti-
nent. Vna
etas, pridi-
Anno
episcopo H-
in die sancti
nachorum
gintiduob-
qui post pr-
cularius in-
tos in perd-
buerunt, &
jo nem assecu-
Hirsaugien-
tamente, ha-
me conue-
ris compo-
recaluafer-
decenter a-
cili erat &
dinanda v-

qui fatis dilectus, omnibus in episcopum esset electus, quædam inter eos contentio sub-
oriri coepit. Quibusdam enim videbatur utilitati & paci monasterij multum posse con-
ducere, si eundem abbatem essent habituri, quem & episcopum qui eis non solum nullas
præcedentium more pontificum inferret molestias, sed etiam auctoritate sua inferre
volentibus resisteret. Cæteri autem saniori consideratione affirmabant contrarium;
dientes episcopum habere abbatem, non esse defensionis remedium, sed potius destruc-
tionis monasterij, rerumque & possessionis eiusdem principium, præsertim quod episco-
pos multitudine circumseptus militum, ad monasterium gratia visitationis multo tunc ne-
cessario venturus, vel certe in prædijs & possessionibus ipsius coenobij mansiones aliquo-
ties habiturus, breui tempore penitus consumeret quæcunque magna sollicitudine & la-
bore stratum reposita inueniret. Hoc quoque non mediocriter esse timendum, ne præ-
dia monasterij suis amicis & stipendiariis per potentiam ablata conferret in beneficium,
quemadmodum plerisque in circuitu coenobij iam pene desolatis cernerent accidisse.
Interea Gebhardus animos fratrum per aduocatum Gotfridum, & alios quos idoneos as-
sumebat ad hoc, occulte fecit sollicitari & rogari, imo & contestari, ut memores benefici-
orum essent quæ ab ipso receperint, quorum intuitu obnoxie precabatur, ne alium in
locum suum ordinari abbatem contentirent, sed ipsum simul episcopum super se pateren-
tut & abbatem, se multa bona monasterio singulisque eorum facturum promittens. Hæc
& his similia, non quidem omnibus, sed his duntaxat, quos sibi consensueros sperabat per
literas, per nuncios & per interpositas personas fecit intimari. Sed quia prudentissimi tunc
inter monachos huius coenobij viri complures erant, qui vbi occultas Gebhardi machi-
nationes deprehenderunt communicato confilio, vt eius astutiam astutia præuenirent,
iuxta tenorem indulti Apostolici, electionem abbatis accelerarunt.

DE BRVNONE HVIVS MONASTERII ABBATE DECIMO.
quarto, qui præfuit annis quatuordecim, mensibus tribus, diebus vigintiduo-
bus, & gestis eius.

IGTVR abbate Gebhardo ad Pontificatum Spirensis ecclesiæ (sicut diximus) assumi-
pto, atque ut huius monasterij abbatiam vna cum episcopatu retinere posset multum
laborante, ieniores conuentus sapientes & denotissimi viri, qui eius norant astutiam, ne
ab illo qualibet præuenirentur machinatione, diem electionis inter se iuxta priuilegium
Vrbani papæ 2. eis indulxum statuerunt, ultimum videlicet diem mensis Nouembris, qui
fuit dies sancti Andreae Apostoli. Conuidentes itaque in unum fratres & scrutinio inter
se iuxta consuetudinem facto, de singulorum votis maior pars eorum Brunonem mona-
chum venerabilem senem, eodem die in abbatem elegit. Erant autem nonnulli inter eos
vota sua aliorum dirigentes, quibus electio Brunonis propterea quod senio grauatus
minus ad tantos labores perferendos idoneus esset, non placere videbantur, qui tamen
sine pertinacia multitudinem sequentes, numero pauciores in eum sine mora consense-
runt. Vnanimi ergo consensu omnium, Bruno senior in abbatem huius monasterij ele-
ctus, pridie calendas Decembris, hoc est in die sancti Andreae Apostoli.

Anno Domini millesimo centesimo quinto, indictione decimateria, & à Richardo
episcopo Hostiensi apostolica sedis legato, hic in monasterio, 7. calendas Ianuarij, hoc est
in die sancti Stephani protomartyris, ordinatus in praesentia complurium abbatum, mo-
nachorum & aliorum fidelium, præfuit annis quatuordecim, mensibus tribus, diebus vi-
gintiduobus. Hic Bruno fuit natione Suevus, nobilis & potentissimus ortus natalibus;
qui post prima rudimenta literarum cum æratem attigisset virilem, canonicus & matri-
cularius maioris ecclesiæ Spirensis factus est. Vbi cum per abrupta vitorum ire mul-
tos in perditionem cerneret, quibus diuitiae, honores & deliciae carnis occasionem pra-
buerunt, exactis annis in eo statu aliquibus, & tandem Dei miseratione compuncto-
nem affecitus, mundum cum omnibus vanitatibus suis contemnens, ad monasterium
Hirsauensem se contulit, & sub Wilhelmo abbe sanctissimo conuersus ad Deum in to-
tamente, habitum cum proposito monastico assumpsiit, in quo pluribus annis religiosissi-
me conuersatus, tandem hoc anno ordinatus fuit. Erat autem quantum ad corpo-
ris compositionem pertinebat, statura magnus & virili forma decenter proportionatus,
recalvaster, & caput veneranda quadam canicie respersus. Et quamvis corpore magnus
decenter appareret, non tamen fortis & laboriosus, sed imbecillitate quadam nimis gra-
cili erat & laborum omnino impatiens. Propterea quæcunque in monasterij rebus or-
dinanda vel disponenda videbantur, non per suam, sed per subditorum industrias